



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

Pro Parte III. Modus meditandi miraculum.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

in æternum pereant. Aliquid inde semper ad nos reflectemus, ut ex consideratione tali fructum aliquem referamus. Si hoc modo absolutum fuerit punctum primum Materiæ, fit progressus ad alia puncta eodẽ modo meditanda. Illud igitur bene notandum, hanc regulam adhibendam esse in singulis punctis materiæ propositæ, ut nimirum intentio meditantis feratur primum quidem in personas, quæ in illo puncto occurrunt; tum ad verba, si prius verba; vel ad facta, si prius occurrant facta. Alia enim quia prius dicta sunt, ideo postea tale quid factum est: & vicissim quia prius aliquid factum est, ideo tales postea prolati sunt sermones.

PRO PARTE III.

Modus meditandi miraculum.

- I. **C**onsiderandum, quæ in eo transcendentia vires naturæ contineantur.
- II. Quæ fuerit causa illius instrumentalis: seu quo instrumento Deus fuerit usus in eo faciendo.
- III. Quæ motiva & rationes fuerint faciendi miraculum.
- IV. Qui inde secuti effectus alij, præter mira-

miraculosum, in diversis, vel eo saltem, circa quem contigit miraculum.

V. Quis inde fructus à nobis hauriri possit.

PRO PARTE IV.

Modus meditando Parabolæ.

I. **T**Ota Parabola, secundum substantiam & adjuncta, perfectè concipienda.

II. Inquirendum, quid significet Parabola. Quædam ab ipsomet Christo explicatæ sunt: aliæ declarantur à Doctoribus.

III. Facienda applicatio Parabolæ cum significato, per considerationem similitudinis, vel dissimilitudinis inter Parabolam & rem significatam, juxta scopum, qui in Parabola potissimum quærebatur.

IV. Perpendendum, quid in alijs ex hac Parabola fuerit secutum.

V. Fruendus pro Meditante fructus.

PRO PARTE V.

Modus meditando Præcepta, & Consilia Christi.

I. **V**idendum, quid prohibeat, vel jubeat, vel consulat Christus.

II. An rationabiliter, & quas ob causas,

P 3

III. Con-